

ut deest, clementer respiciat, et in viam veritatis
sanctaeque conjunctionis cum omnibus orthodoxis di-
rigat. Amen. Haec habui quia currente calamo ad te
de hac supplicatione perscribere non potui. Quibus
tu tua, quae habes saniora (rectius enim tibi res
patria perspectae sunt, quam mihi) facile adjicies.
Vale. Heidelbergae 26. Maij a. 1610.

106.

Isaaco Gerio suo
Salutem!

Percarri tandem D. Isaac, relationem a Morellensi manu
de colloquio vestro. Ne igitur pro communicato mihi
libro ingratus videar, quid sentiam, vicissim paucis com-
municabo. Res vobis fuit cum Monacho, id est homi-
ne protervo, loquace: qui, si scribis, ut res gesta sunt,
disputavit cum fungis. Adeo solus ubique loquitur,
pugnat, vincit, triumphat. Ego vero de tua et fra-
trum eruditione et solertia longe aliter iudico:
et non potest, quin narratio ejus plus quam tra-
sonica ipsis melioribus nasubioribus suspecta sit.
Interim apud imperitos triumphale signum erexit:
quod vestram erit solida Apologia desicere: quod
non dubito vobis facile futurum, qui rem pro-
sentem cum hoc Hyltholaeo egistis. Heidelbergem
sem illum, quem solites vocat Doctorem, Professo-
rem, vel Magistrum, vel Ministrum audire vel
quis fuerit? An D. Balduinus? Misere se non
debet, quia turpiter se dedit (sive non ille dicit)

160
nequando Syllogismum in Darii. is vero nec Doctor, nec Pro-
fessor, nec Minister apud nos est; sed ex studiosorum ordine
in Academia, in qua se aliquoties profitendo Metaphysica
extra ordinem exegit: quod à vobis pro honore
Academia non taceri velim. Ceterum Syllogismus ille defini-
tus palmarium ei præbuit: nescis, an aliter solutus à vo-
bis fuerit, quam habet relatio. Debit certe, et potest faci-
le. Secunda consequentia rectè negata fuit, fortè et cau-
sa negationis reddita à vobis, quam subicit. Causa
verè est, quod non quicquid sub præcepto est faciendum,
pertinet ad singulos, nisi sit sub præcepto universaliter
sumptum moralia, communem pietatem spectantia.
Ad priorè igitur: Omnia bona opera sunt de præcep-
to. Vendere omnia est opus bonum. Ergo. Etiam geni-
na est responsio. n. Distinctione Majoris: Omnia opera bo-
na sunt de præcepto, nempe vel universaliter vel particula-
ri: Namque quæ præcipiuntur, semper omnibus et singu-
lis præcipiuntur: ut agere Episcopum, magistratum, pi-
rare. n. Limitatione assumptionis, quæ vera est, si ven-
dere omnia p. fiat ex fide et Charitate, secus ut falsam
accusat Apostolus 12. Cor. 13: 2. Non est ergo per se, sic sub,
est fallacia accidentis. Conclusio dabitur. Ergo vendere
omnia. est de ~~particulari~~ præcepto, nempe particulari
ad juvenem illum Matth. 19. hypocritam operarium solum
spectante. Unde consequentia altera à particulari nul-
la est: quia Major syllogismi omisa est falsa: Quicquid
præceptum ~~est~~ juveni etiam minister tenebar facere. ut
vendat ipse, vendant singuli Monachi, vendat Collegium, quod
habet, et det pauperibus. Postea reversus Morelles vobis,
cum denuò disputat, gloriatur multum de propositionibus

à vobis concessis, nescio an verè.

I. Opera bona hominis iustificati esse causam eum
detur vita eterna.

II. Opera bona hominis iustificati facere, juvare et prodesse
ad consequendam vitam eternam.

III. Hominem iustificatum per bona opera mereri vitam
eternam improprie merito, quod potest esse inter ser-
vum & Dominum.

De mediis non multum laborarim. Sicut enim opera, necesse
via sunt. Sic et profunt ad salutem, ut via ambulanda ad la-
lum. Ephes. 2: 10. vel ut conditio sine qua non est fides,
nec salus: non verò ut causa propter quam, velut meritum.
Via Spiritum hinc ducens prodest ut medium, per quod veni-
am Spiritum: non verò est causa, vel meritum, ut veniam
Spiritum. Duas alias non arbitror à vobis dadas. Si enim
opera nostra sunt causa propter quam datur vita eter-
na, cessat vita eterna esse donum Dei. Meriti voca-
bulum magis execrabile, seu proprie, seu improprie in-
tellegit, quia semper praebet mercenarius triumphum
minuit gratiam Dei. In apologia Augustana confe-
sionis nostri concesserunt, opera nostra esse meritoria
praemiorum temporalium, sed non vitae aeternae. Bre-
tius quoque in apolog. Confess. Wirtemb. dixit. opera
mereri praemia temporalia: periculose, ideo Remittius
merendi verbum rectè repudiab. Calvinus quoque, imò
Christus, simpliciter nequunt dari meritum in-
ter servum et horum. Luc. 17: 9 nec Graeci patres
habent. Latini (si quibus habemus scripta) men-
ta bona vel mala pro operibus talibus à se ipsas
dixerunt, pharisaismo autem portam aperuerunt.
Meriti

141

Meriti definitio propria urgenda est, non quam tra- De Azobio.
dit ille vesten pag. 34. quod sit libera actio erga aliquem
facta, propterquam debetur aliqua operanti compensa-
tio. Nihil laxa hac est. De merito creatura ad creaturam
rem quaeritur: quale nullum dari agnoscit Thomas: lib. 2. qu. 114.
eo quod omnia opera bona sint debita: nec Deo, sed nobis art. 4.
ipsis proficua: et quia inter illa et mercedem non
est aequalitas; ideo nec actus iustitiae: licet fingat
dari meritum ex suppositione ordinationis divinae.
Ordinatio vero quam supponit, repugnat Scripturae.
Et libera operatio ex Bellarm. ambigue dicitur,
pro voluntaria, vel pro indifferente, vel pro in-
debita. Compensatio vero intelligenda est debita,
qualis nulla debetur: quia Creator simpliciter
non fit debitor creaturae, sed tantum sibi: Tho-
ma ibidem fatente. Unde meritum hominis
de Deo ne tale quidem datur, quale servi apud
herum est. inter servum enim et herum datur
proportio: inter Deum et hominem nulla. Pro-
prie igitur meritum hominis de Deo nullum
esse potest: quia nullum equus in debitum homo
de suo prestare potest Deo, quo vitam aeternam
ex indebita faciat debitam. Alia est mercedis
ratio: hanc enim Scriptura ipsa facit debitam
et indebitam seu gratuitam in parabola vi-
vae: et Psalm: 127. 3. Fili mercēs fructus ventris
tui, pro, donum gratiae benedictionis: cum
meriti ne semel quidem mentionem faciat.
sed cesso. Scis res pro vestra pietate et erig-
datione minime de futuras iuste et honori con-
tra hanc Pjrgopolitice. Mea quae obiter suggerere
volui, in bonam partem accipite. Vale. Aene Cha-
rissimi, et ex me Dicit fratres saluta. Heidebergae 15. Jul. ad 2610.